



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

73. Ubi aliàs ad &c. Declaratio super omnimodâ, & inviolabili observantiâ Ecclesiastici Interdicti, cui Civitates, & Diœceses Cataniensis, & Agrigentina subjectæ reperiuntur, cum rejectione ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

hunc Spiritualibus muneribus adjuvare non cef-  
famus , ut eorum devoteo ad omnipotentis Dei  
cultum in dies magis augatur. Cum itaque , sicut  
dilectus Filius , modernus Procurator Generalis  
Ordinis Fratrum S. Birgittae Nobis nuper exponi  
fecit , dilecti filii Fratres dicti Ordinis Coronas ,  
quas vocant , ejusdem S. Birgittae , jampridem  
Fidelibus dispensare conseruerint ; dictus vero  
Procurator Generalis ejusmodi Coronas Indulgen-  
tiis ad Spiritualem Fidelium consolationem , &  
animarum salutem à Nobis decorari plurimum  
desideret ; Nos piis ipsius Procuratoris Generalis  
votis hac in re favorabiliter annuere volentes ,  
eumque à quibusvis excommunicationis , suspen-  
sionis , & interdicti , aliquique Ecclesiasticis senten-  
tientis , censuris , & penas à jure , vel ab ho-  
mione , quāvis occasione , vel causa latiss , si quibus  
quomodolibet innodatus existit , ad effectum  
præsentium dumtaxat consequendum harum serie  
absolventes , & absolutum fore censentes , suppli-  
cationibus ejusdem nomine Nobis nuper hoc hu-  
miliiter p̄rectis inclinati , de Venerabilium Fra-  
trum nostrorum S. R. E. Cardinalium Indulgen-  
tiis & Sacris Reliquis præpositorum consilio  
omnes , & singulas Indulgencias eidem Coronis  
quomodolibet concessas ( salvis tamen iis ejus-  
modi Coronis à fel. rec. Leone Papa Decimo Præ-  
decessore nostro per quasdam suas defuper sub  
plumbo 6. Idus Julii 1515. expeditas literas con-  
cessis ) harum serie , revocantes , omnibus , &  
singulis utriusque sexus Christifidelibus , qui quo-  
tidie per integrum annum prædictam Coronam ,  
dummodo sit saltē quinque decadum , recitaver-  
int . & subinde verē penitentes , & confessi , ac  
facta Communione refecti pro Christianorum Prin-  
cipum concordia , hæretum extirpatione , ac S.  
Matris Ecclesie exaltatione pias ad Deum preces  
effuderint plenariam semel in anno , die per unum  
quemque ex eis eligenda , omnium peccatorum  
fusorum Indulgenciam , & remissionem quam  
etiam animabus Christifidelibus ; quæ Deo in chari-  
tate conjunctæ ab hac luce migraverint , per  
modum suffragii applicare possint , misericorditer  
in Domino concedimus . & elargimur .

§. 2. Præterea declaramus , quod Superioris  
dumtaxat Monasteriorum , seu Religiosi prædicti  
Omnis , qui ab illis ad id specialiter deputati  
fuerint Coronas hujusmodi benedicendi facultatem  
habeant. Præsentibus perpetuis futuri temporibus  
valutur. Volumus autem ut supradictæ  
Corona nemini possint vendi , nec commodari ,  
& si secus fiat , Indulgencia supradicta cesseret ,  
nulliusque sit roboris , vel momenti. Utque ea-  
rundem præsentum literarum transumptis . seu  
exemplis , etiam impressis , manu aliquius Nota-  
rii publici subscriptis , & sigillo personæ in Ec-  
clesiasticâ dignitate constituta munitis , eadem  
prosul fides adhibetur , quæ adhiberetur ipsi  
præsentibus , si forent exhibita , vel ostensa. Da-  
tum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub  
Annulo Piscatoris die 22. Septembris MDCCXIV.  
Pontificatus nostri anno decimoquarto.

F. Oliverius.

## DECLARATIO

Super omnino modum , & in inviolabili observantiâ Ec-  
clesiastici Interdicti , cui Civitates . & Diœ-  
ceses Cataniensis , & Agrigentina subjectæ re-  
periuntur , cum rejectione quarumcumque ex-  
cutionum ab ejusdem Interdicti Transgresso-  
ribus allatarum , ac additione aliarum penan-  
tium in eos , ultra illas , quas ex præcripto  
Sacerorum Canonum jam incurserunt.

## CLEMENS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

**U**bi alias ad multiplices , & sanè gravissimas ,  
quas Sancta Dei Ecclesia in Regno Siciliae ,  
per inauditum , ac penè incredibilem Secularis  
potestatis abusum tamquam sustinuit , & adhuc sus-  
tinet , calamitatem , infingit illam , ac verē  
acutem accessisse novimus injuriam , quā non mi-  
nus sacrilegè quam crudeliter eretto eidem Ec-  
clesia unico illo , ac tristi solatio , quod miseris  
omnibus ipsa infelicitas reliquum facit , mala sci-  
licet sua publicis mestitiis significacionibus deplo-  
randi ; suas ipsa lachrymas sistere iussa fuit luc-  
tumque illum abdicere , quo prius , januis Tem-  
plerorum clausis , Sacrorum solemniis intermissis ,  
Sacerdotibus ejus genitentibus , Virginibus ejus  
squalidis . dolores suos longè latèque aperiens ,  
à fidelibus quidem filiis amaritudinis suæ leva-  
men , à Rebellibus vero irrogatum sibi contu-  
meliarum penas depositare coepit ; Ubi alias  
( iterum repetimus ) maximā cum animi nostri  
moletiā intelleximus tam multos , etiam ex cha-  
rioribus Ecclesiæ filiis , ignavâ , ac damnabilis il-  
larum penarum formidine percusso , quas eis  
minabantur illi , qui corpus quidem occidunt ,  
animam autem non possunt occidere , ad ea mi-  
serere progresso fuisse ut exitu Ecclesiasticis De-  
cretis debità obedientiā , indicium iusti nostro in  
Cataniensi , & Agrigentina Civitatibus , ac Diœ-  
cesibus Sacrorum justitiam turpiter violaverint : il-  
lisque interrogabitibus , qui captivos eos duxer-  
unt , verba cantionum , ea ipsi , quæ in silici-  
bus suspenderant , organa ad laetitiam revocare ,  
& hymnum cantare de canticis Sion minimè eru-  
buerint ; Ubi haec ( ut ajebamus ) jampridem inau-  
divimus , nullam profectò arumnâ hac iniquio-  
rem , asperiorē nullam Ecclesiæ ipsi miseriam  
evenire potuisse , aut unquam posse credidimus .  
Nolitis propterea auribus continenter obstrepere  
videbantur tristes illius voces : Quis mihi hoc tri-  
buat , ut plorans plorem in nocte ? Quis mihi  
det , ut plangam paululum dolorem meum ?

§. 1. Ita planè credidimus . Sed citò nimis Nos  
falli cognovimus ubi scilicet omnibus antea in  
præfato Regno Siciliae illatis Ecclesiæ vulneribus  
graviore , aliā , & planè acerbiorē plagam  
ejusdem Ecclesiæ peccatori subinde inflictum fuisse  
percepimus ab ipsiusnet ejus filiis , ingratiss filiis ,  
filiis desertoribus , qui adversus Matrem suam pu-  
gnantes , nec solum ipsi illius mandatis parere de-  
trectantes ; verū & alios ad paris inobedientia  
crimen incitantes , os Domini non interrogarunt ,  
sed habentes fiduciam in umbra Ægypti , docu-  
runt , quæ non oportet , ut excusatculent excusa-  
tiones in peccatis ; si liquide aquam turbidam ,  
non de fontibus Salvatoris sed de Babylonis  
fluminibus haustam , incautis propinantes : hoc  
est , fallas non minus quam perniciose doctrina-  
rias in eorum patrocinium , qui metu malorum si-  
bi à Seculari potestate denunciatorum Ecclesiasti-  
cum Interdictum in memoratis Civitatibus , ac  
Diœcesibus appositum minimè servassent , abs-

Exordium ab  
inobedientia  
Civitatibus ,  
& Diœcese-  
bus Catani-  
ensi , & A-  
grigentina  
ostis , de-  
plorata mali  
gravitate.

Malitia eo-  
rum perfrin-  
git , qui falsa  
doctrinas ad  
violationem  
Interdicti a-  
lios induxe-  
runt .

que

que ullo rubore obtrudentes, plurimos fascinarent non obedire veritati, illoque non sine maximo Christifidelium scandalio, ac manifesto hujus Sanctae Sedis contempnu, ad ejusdem Interdicti, tametsi auctoritate nostrâ Apostolicâ plures comprobati, inexcusabilem violationem, per quam nimurum, ut Sacri Canones docent, Ecclesiasticae discipline nervus disruptus, aperie seducere non formidarunt; latam nimium sic aperientes viam universa propemodum Christianæ Legis deformationi, ac ruina: *Si enim ita nequissimorum timeatur audacia, ut quod illi iure, atque equitate non possint, temeritate, ac desperatione persicant, alium est, ut Sanctus Episcopus, & Martyr Cyprianus præclarè scriptum reliquit, de Episcopatus vigore, & de Ecclesiæ gubernanda sublimi, ac divina potestate: Nec Christiani ultrâ aut durare, ant esse jam possumus, si ad hoc ventum est, ut perditorum minas, atque insidias pertimescamus.*

Et similiter eorum, qui perperam jactarunt Interdicti transgressionem approbari à Sede Apostolica.

In reprobationem praemissorum ad memoriam revocat Literas in forma Brevis data ad Vicarios Agrigentinos 4. Novembris 1713.

Alias itidem literas in simili forma expeditas ad Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Agrigentinas 10. Martii 1714.

*§. 2. Quod vero planè deterius, ac intolerabilius est, alii etiam novissime non defuerunt qui adjacentes peccatum super peccatum, atque ipsamet nimia forsan longanimitate nostrâ, qua pœnitentie spatium damus, subdole abutentes per illam traditos ab eis errores tacite saltem à Nobis approbari, adeoque ipsam quoque Interdicti transgressionem minimè improbabili impudentissime vulgarunt. Quis jam tam hebeti, ac gelido erit animo, qui ad effrenatam hanc, atque execrabilem temeritatem non exardecset? Quis unquam sanæ, rectaque mentis inventari poterit, qui Nos proflus immemores celebri illius documenti à Sanctissimo Prædecessore Nostro Leone traditi, cum scripsit: *Nimis hac improba, nimis sunt prava, quæ Sacratissimis Canonibus inveniuntur esse contraria: eo tandem prolaplos fuisse existimet, ut illas quovis modo probare, aut saltem non improbare potuerimus doctrinas, quæ non alio mixtâ fundamento, quam metu, veris Christi Militibus indigno, in quorum scilicet cordibus holpitari debet charitas Christi quæ foras mitit timorem, Apostolicis Sanctionibus apertissime adversantur.**

*§. 3. Ignote forsan cuiquam sunt Nostræ illæ Literæ jam ante annum, hoc est, die 1v. Novembris MDCCXIII. ad tres Agrigentinæ Ecclesiæ vicarios Generales in simili formâ Brevis data, eodemque tempore, ut omnibus patenter, typis editæ, quibus nimurum homines illos, qui in ambulantes in veritate ad carnalis prudentia semitas traherent, eosdem, aut similes errores in vulgo spargere præsumplerant, perditionis filios nuncupavimus: contra vero effusis, meritisque laudibus virtutem, atque constantiam eorumdem trium Vicariorum, ob intrepidam Ecclesiasticæ libertatem, ac Pontificie auctoritatis defensionem, in carceres conjectorum, extulimus, qui aures suas obturaverant, ne exaudient voces incantantium, quique propterea quod & ipsi Interdictum, cui eadem Agrigentina Ecclesia subiecta reperiebatur, custodiare vellent, & ab aliis, ut par erat, similiter custodi fatigarent, nullas minas, penas nullas, nullam quantumvis saven, atque horribilem tempestatem formidaverant.*

*§. 4. Nonne perspectæ etiam omnibus sunt alias Nostræ Literæ Capitulo, & Canonicis prefatae Agrigentinæ Ecclesiæ posterius, hoc est, die X. Martii proximè præteri in eadem forma Brevis conscriptæ, ac typis pariter evulgatae, quibus ea in primis, quam munera nostri debitum exposcebat, gravi constituta animadversione in quendam Canonicum Joannem Baptistam Formicam, qui pro Vicario Generali ejusdem Ecclesiæ perperam se gerebat, ac non modo memoratum*

Interdictum palam, & audacter contempserat, verum, ut & ab aliis similiter contemneretur, author fuerat; eisdem subinde Canonicis vehementer exprobare non omisimus, quod quamplures ex eis a præstina, ac debitâ Ecclesiæ mandatis obedientiâ deservissent: Reprobato potissimum eo metus obtenu, quo ipsi gravem suum lapsum excusare studuerant; illisque insuper injunximus, ut conscientiarum suarum securitati opportune considererent: quæ nequier egerant, debitâ emendatione corrigerent, nullaque interpositâ morâ inustam dignitati sua labem abolere contendent.

*§. 5. Anne quempiam latet, quod simul ac Nobis innotuerunt errores illi, quibus Magistri mendaces, ponentes tenebras lucem, ac lucem tenebras, tanto cum animarum Christifidelium periculo, tantoque cum Ecclesiasticae discipline dispendo, Interdicti violationem excusare conabantur; Nos jam advenisse rati tempus illud ab Apostolo prænuntiatum, cum ad Timotheum scriptit: *Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt sed, ad sua desideria coacervabunt sibi Magistros pruidentes auribus: & à veritate quidem auditum avertent: quorunvis Regularium Ordinum, Congregationum, Institutorum, & Societatum, etiam Jesu, Superioribus Generalibus districte præcepimus, & mandavimus, ut à suis quisque Subditis in Monasteriis, Conventibus, Collegiis, ac Domibus Regulâibus Regni supradicti respectivè commemorantibus Interdictum præstatum sub paenit per Sacros Canones, & Apostolicas Constitutiones in eos, qui secus fecissent, præscriptis, exactè, & inviolabiliter observari curarent, & facerent; nec illud quovis titulo, colore, ingenio, causâ, excusatione, seu prætextu, violari sinerent, aut permitterent, donec à Nobis, vel jussu nostro Interdictum ipsum expresse sublatum, abrogatumque fuisset? Quomodo jam publica haec nostra, atque alia plurima dicta, illisque perpetuè respondentia facta congruere unquam possunt cum iis, quæ ad diuturnam, ac detestabilcm Contemptorum Ecclesiæ inobedientiam, & pervicaciam fovendam temere configuntur?**

*§. 6. Hæc profectè omnia abundè sufficere possent, ac debent, ut vera mens, ac voluntas nostra omnibus hac in re nota fieret, similque aperte, ac perpetuæ essent fallaces artes, quibus filii hujus seculi graviora semper vulnera Ecclesiæ infligere, acerbioribus semper injuriis Apostolicam auctoritatem impetrare, nec non animas pretioso Salvatoris, & Domini Nostri Iesu Christi Sanguine redemptas in majora semper pericula conjicere nituntur. Cuiuentes nihilominus (donec divinâ Nobis ope suffragante, ad funditus extirpandam tot malorum radicem, nec non ad Ecclesiasticam immunitatem, Sanctæque hujus Sedis dignitatem ab iis, quæ aduersus utramque in supradicto Regno Siciliae enormissime attentata fuerunt, cumulatè vindicandam, ea validius exequamur, quæ Pastoralis Officii nostri ratio postulat, quaque affluis, ac ferventibus tam nostris, quam alienis precibus humiliter imploratum coelestis gratia lumen ostendet) omnia interim, & quæcumque, tametsi inania, ac proflus futile eorum subterfugia, qui debitam Ecclesiasticis, in d. Apostolicis, mandatis obedientiam præstare recusant, penitus, & omnino præcludere; Et quia nihil obedientia professa videretur humilibus, si contemptus contumacibus non obesse: ac juxta Canonicas Sanctiones quedam sunt culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictam, contumacium hujusmodi audaciam, & impudentiam severiori simul animadversione compescere, ac cohíbere.*

*§. 7. Hiac*

Præceptum pariter indi-  
cet superioribus quo-  
rumcumque ordinum, ut  
ab eorum subditis in  
Regno Siciliae obser-  
vatur Interdictum.

Ex premissis  
inferr quæ  
nam fuerit  
vera mens  
super inter-  
dicti obler-  
vantia.

Statuit nihilominus i-  
dem Interdi-  
ctum esse inviolabiliter  
observan-  
dum sublata  
quacumque  
exemptione,  
ac rejecto  
prætextu  
metus cuju-  
vis periculi.

¶. 7. Hinc est quod Nos illius vices, lice-  
immeriti, gerentes in terris, qui Discipuli suis  
dixit: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me  
spernit: ac alias addidit: Si Ecclesiastam non audierit,  
sit tibi sicut ethnicus, & publicanus: opportune  
ac in præmissis providere, ac defuper concepha  
Nobis à Domino potestatis partes, quantum  
Nobis ex alto conceditur, interponere volen-  
tes: Motu proprio, ac ex certa scientia, &  
maturâ deliberatione nostris, deque Apostolica  
potestatis plenitudine, generale Interdictum, cui  
memoratae Civitates, ac Diœceses Cataniensis,  
& Agrigentina iusatu nostro ab earum Præfu-  
libus respectivè, sicut præmititur, subiecta  
fuerunt, omnino, & ab omnibus (exceptis  
dumtaxat temporibus, & casibus à jure per-  
missis) in quibusvis Ecclesiis, Loci Piis, Ora-  
toriis, etiam privatis, Civitatum, & Diœcesum  
præfatarum, prætensa etiam asserta Monarchia  
Sicula authoritate munitis, seu alijs quocumque  
Privilegio, Exemptione, & Indulcio, etiam  
prætensi Jurispatronum Regii, tametsi plures,  
& quantiscumque vicibus ab hac Sancta Sede  
approbati, suffultis, exacte, & inconculse ob-  
servandum esse, & ab initio fuisse, ac in posterum fore; Nec illud à quoquam, sive cuiuscumque  
periculi metu, sive alio quovis prætex-  
ti, titulo, causâ, vel colore violari unquam  
potuisse, vel posse, tenore præsentium decerni-  
mus, & declaramus.*

Contempto-  
res Interdicti  
monet de in-  
cursu centu-  
rarum, alia-  
rumque poe-  
narum, qua-  
rum abfu-  
tionem S. Se-  
di reservat.

¶. 8. Noverint propterea omnes, & singuli  
Ecclesiastici tam Seculares, cuiusvis gradus,  
præminentia, ac dignitatis fuerint, quam cuiusvis  
Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis,  
etiam Iesu, Regulares; qui præmissis contraire,  
ac Interdictum hujusmodi violare quovis  
modo haecenus præsumperent, vel de cetero præ-  
sumplerint; se censuras omnes, & penas adver-  
sus Ecclesiastici Interdicti Violatores à Sacris Cano-  
nibus, & Constitutionibus Apostolicis, lata, &  
imposita, ac potissimum Irregularitatem, nec  
non privationem vocis active & passivè eo ipso,  
& absque alia declaratione incurrisse, ac respecti-  
vè de cetero incursiros esse: adeoque eos ad  
quocumque Ecclesiastica tam Secularia, quam  
Regularia respectivè officia, beneficia, ac digni-  
tates minime eligi, aut postulari, nec cum aliis  
ad eligendum, seu postulandum admitti debuisse,  
vel unquam debere, neque denum censura-  
rum, ac poenarum hujusmodi abolitionem, seu  
relaxationem à quoquam (preterquam à Nobis  
seu Romano Pontifice pro tempore existente)  
obtinere potuisse vel posse, prout earumdem  
tenore præsentium similiter declaramus.

Alias penas  
privations  
Beneficio-  
rum quoad  
Seculares,  
Officiorum,  
& Graduum  
quoad Regu-  
laris adjecti  
cum alijs or-  
dinationibus.

¶. 9. Præterea, ut non modo quibusvis trans-  
grediendi prætextibus, sicut præmititur, subla-  
tis, sed auctis etiam contra Transgressores penis,  
omnes in posterum ad debitam Nobis, & Eccle-  
siae obedientiam exhibendam revocentur, omni-  
bus, & singulis Ecclesiasticis præfatis quantum-  
vis exemptis, & quovis modo privilegiatis, pre-  
ter, & ultra omnes alias censuras, & penas su-  
perius enunciatas, si Seculares fuerint, seu di-  
gnitatum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum, cu-  
jusvis generis, seu natura sint, si vero Regulares,  
sab officiorum, dignitatum, & graduum Regularium  
quorumcumque per eos respectivè obtentorum  
privationis, perpetuae inhabilitatis ad il-  
la, & alia similia, vel dissimilia quæcumque  
in posterum quomodolibet obtinenda ipso facto,  
& absque alia declaratione incurriendis penis,  
harum serie districte prohibemus, & interdi-  
cimus, ne Decreto, ac declaratione nostri supra-  
dictis de cetero contravenire audeant quovis  
modo, seu præsumant. Dignitates autem, & Be-  
neficia hujusmodi, quorum privationis poena

propter transgressionem præsentis prohibitionis  
per præfatos Ecclesiasticos Seculares contrafacien-  
tes quomodolibet incurri contigerit, etiam ipso  
facto, & absque alia declaratione vacare, illaque  
per quoscumque impetrari posse pariter decerni-  
mus; Nec non eorumdem Beneficiorum, & di-  
gnitatum sic vacantiam collationem, provisionem  
& omnimodam dispositionem, prout etiam pœ-  
narum de novo sic additatum relaxationem simili-  
liter Nobis, & Romano Pontifice pro tempore  
existenti duntaxat specialiter reservamus.

¶. 10. Decernentes pariter eisdem præsentes  
literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex  
eo quod quicunque in præmissis interesse habentes,  
seu habere quomodolibet prætententes, cuiusvis  
status, gradus, ordinis, præminentia, & di-  
gnitatis existant, seu alijs specifica, & individua  
mentione, & expressione digni illis, non conser-  
rint, nec ad ea vocati, citati, & audiiti, cau-  
sæque, propter quas præsentes emanarint, sufficienter  
adductæ, verificate, & justificatae non fuer-  
int, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis ju-  
ridicâ, & privilegiata causa, colore, prætextu,  
& capite, etiam in corpore juris clauso, etiam  
enormis, enormissimæ, & totalis laesio nullo  
unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis,  
aut nullitatis vitio, seu intentionis nostra, vel  
interesse habentium consensu, aliove quolibet,  
etiam quantumvis magno, & substantiali;  
ac inexcogitabili, inexcogitabili, individuamque  
expressionem requirent defectu, notari, im-  
pugnari, infringi, invalidari, retractari, in con-  
troversiam vocari, aut ad terminos Juri reduci,  
seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis  
in integrum, aliudve quodcumque juris, facti,  
vel gratia remedium intentari, vel impetrari,  
aut impetrato, seu etiam motu, scientia, &  
potestatis plenitude paribus concessu, vel emanato,  
quempiam in judicio, vel extra illud uti,  
seu juvare ullo modo posse; sed ipsas præsen-  
tes literas semper firmas, validas, & efficaces  
existere, & fore, ac quibuscumque juris, seu fa-  
cti defectibus, qui adversus illas à Seculari  
potissimum potestate, seu prædicto asserta Monar-  
chia Sicula Tribunal ad effectum impediendi, seu  
retardandi eartum executionem, quovis modo, seu  
ex quavis causâ opponi, seu objici possent, mi-  
nimè refragantibus, suos plenarios, & integros  
effectus fortiri, & obtinere: Easque propterea,  
omnibus, & singulis per eandem Secularem po-  
testatem sive per idem assertum Tribunal quo-  
modolibet allatis, seu afferendis impedimentis  
penitus, & omnino rejectis, ac nequaquam at-  
tentis, ab illis, ad quos spectat, & pro tempo-  
re quandocumque spectabit, inviolabiliter, &  
inconclusè observari: Sicque, & non aliter in præ-  
missis per quoscumque Judices Ordinarios, &  
Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici  
Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-  
dinales, etiam de Latere Legatos, & præfatae  
Sedis Nuncios, aliove quoslibet, quæcumque  
præminentia, & potestate fungentes, & fun-  
ctus, sublatâ eis, & corum cuiilibet quavis  
aliter judicandi & interpretandi facultate, &  
authoritate, judicari, & definiri debere, ac ir-  
ritum, & inane, si fecus super his à quoquam  
quavis autoritate scienter, vel ignoranter con-  
tigerit attentari.

¶. 11. Non obstantibus præmissis, & quaten-  
us opus sit, nostrâ, & Cancellaria Apostolica Re-  
gula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apo-  
stolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque,  
& Synodalibus Conciliis editis, generalibus, &  
specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus,  
Nec non quorūcumque Ordinum, Congrega-  
tionum, Institutorum, & Societatum, etiam  
Jesu,

Decreta ro-  
borantia:

Etiam adver-  
sus exceptio-  
nes, qui op-  
poni possent  
ab aff. Tribu-  
nali præten-  
te Monarchia  
Sicula.

Clauſula fu-  
blata, & irri-  
tans.

Deroga-  
contrario-  
rum.

Jesu, & quoniamvis Monasteriorum, Conven-  
tuum, Ecclesiastarum, Locorum piorum, alii-  
quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apo-  
stolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,  
& consuetudinibus, ac præscriptionibus quan-  
tumcumque longissimis, & immemorabilibus:  
Privilegiis quoque, Indultis, & literis Aposto-  
licis, Ordinibus, Congregationibus, Institutis,  
& Societatis, etiam Jesu, ac Monasterii, Con-  
ventibus, Ecclesiæ, & Locis piis prædictis, illorum-  
que respetive Superioribus, aliique quibuslibet  
personis, etiam quantumvis sublimibus, & specia-  
lissimâ mentione dignis, à Sede prædicta ex qua-  
cumque causa, etiam per viam contractus, & remu-  
nerationis, sub quibuscumque verborum tenoribus,  
& formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoria-  
rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, effica-  
cissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, &  
aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis  
plenitudine paribus, seu ad quarumcumque  
personarum, etiam Imperiali, Regali, aliave qua-  
libet mundana, vel Ecclesiastica Dignitate fulgen-  
tium instantiam, aut eorum contemplatione, seu  
alias quomodolibet in contrarium præmissorum  
concessis, editis, factis, ac plures iteratis, ac quanti-  
cumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis.  
Quibus omnibus, & singulis etiam si pro  
illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque  
tenoribus specialis, specifica, expressa, &  
individua, ac de verbo ad verbum, non autem per  
clausulas generales idem importantes, mentio, seu  
quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex-  
quisita forma ad hoc servanda fore, tenores hu-  
jusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus  
omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur,  
& insererentur, præsentibus pro ple-  
nè, & sufficienter expressis, & infertis habentes,  
illis alias in suo robore permanens, ad præ-  
missorum effectum hac vice dumtaxat speciali-  
ter, & expressè derogamus, & derogatum esse  
volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

**S. 12.** Ut autem eadem præentes literæ ad  
omnium notitiam facilius deveniant, volumus il-  
las, seu eorum exempla ad valvas Ecclesiæ Latera-  
nenfis, ac Basiliæ Principis Apostolorum, nee non  
Cancellariae Apostolicæ, Curiæ generalis in  
Monte Citorio & in Aice Campi Flora de Urbe,  
ut moris est, affigi, & publicari; siveque pu-  
blicas, & affixas omnes, & singulos, quos il-  
la concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si  
unicuique eorum nominatim, & personaliter inti-  
mate fuissent; Utque ipsarum literarum transumptis,  
sive exemplis, etiam impressis, manu aliqui-  
jus Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in  
Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem  
prorsus fides tam in judicio, quam extra illud, &  
ubique adhibetur, qua eisdem præsentibus adhí-  
beretur, si forent exhibitæ, vel ostense. Datum  
in Aice Gandulphi Albanensis Diœcesis sub Annu-  
lo Piscatoris die vi. Novembri MDCCXIV. Pon-  
tificatus Nostri Anno Decimoquarto.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo se-  
tingentesimo decimoquarto, Indictione sepiama, die  
verò nona Novembri, Pontificatus SS. in Christo  
Paris, & D. N. D. Clementis Divina Provi-  
dencia Pape XI. anno decimoquarto, supradictæ  
Literæ Apostolicae affixa, & publicata fuerunt ad  
valvas Ecclesiæ Lateranen., & Basiliæ Principis  
Apostolorum, Cancellariae Apostolicæ, Curiæ Gene-  
ralis in Monte Citorio, in Aice Campi Flora,  
ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me  
Ludovicum Cappellum Apostolicum Cursum.

Antonius Placentinus Magister Curs.

Affixio pre-  
sentium in  
Urbem ha-  
beat pertona-  
lis incitatio-  
nis.

Fides haben-  
da transum-  
ptis.

Publicatio.

### DECLARATIO

LXXIV.

Nullitatis Praecepti, seu Mandati à quodam De-  
legato asserti Tribunalis Monarchiae Sicu-  
lae nuncupati ad impediendam executionem  
Literarum, Decretorum, Mandatorum, alio-  
rumque Rescriptorum Apostolicorum pro-  
mulgati, ac ab eo per universam Diœcesim Ca-  
tanensem transmisi, cum ejusdem Praecepti, seu  
Mandati, ac inde secutorum, & securi-  
orum quorumcumque reprobatione, damnatione, & abolitione.

### CLEMENS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

**N**ova semper in dies, ut alii non semel diximus, & semper acerbiora ex Regno Sicilie ad Nos afferuntur. Nuper siquidem Nobis innotuit, quod ille idem Cajetanus Buglio, qui dudum, uti Delegatus prætempsi Tribunali Monarchie Siculae nuncupati, generale Interdictum, cui Venerabilis Frater Andreas Episcopus Cataniensis è sua Civitate Cataniensi, ejusque Diœcesi, per exercabilem Sæcularis po-  
testatis abusum ejecitus, in actu ejusmodi sua  
ejectionis Civitatem, ac Diœcesim præfatas non  
ita pridem iussu nostro subjecerat, nullum, irri-  
tum, injustum, ac illegitimum, speciali suo in  
eadem Civitate Cataniensi ad id promulgato  
Edicto, temere declaravit.

**S. I.** Gravissimo hoc patrato crimen mini-  
mè contentus, sed secundum duritiam suam, &  
imponit cor addens peccatum super peccatum,  
a thesaurans sibi iram in die iræ, animo for-  
sin, ut stulte opinabatur, enervandi efficaciam  
eorum, quæ ex injuncti Nobis Apostolici muneri  
debito adversus ipsum, ejusque acta à Nobis  
decerni contigisset, ac potissimum eludendi execu-  
tionem quarumdam nostrarum in simili formâ  
Brevis Literarum die xvii. Junii MDCCXIII. ex-  
peditarum, quibus non modò illius Edictum pra-  
fatum, aliaque per ipsum ea occasione vigore  
sue assertæ Delegationis perperam gesta, cum  
omnibus inde secutis, & quandocumque secuti-  
ris, damnavimus, reprobavimus, castivimus, &  
irritavimus, ac pro damnatis, reprobatis, cassatis,  
& irritis semper, & omnino haberi voluimus, &  
mandavimus: verum etiam eundem Cajetanum,  
nec non Joanne Baptista Perino Magistrum  
Notarium, qui memorato Edicto subscripterat,  
censuras omnes, & penas Ecclesiasticas à Sacris  
Canonibus, generalium Conciliorum Decretis,  
& Apostolicis Constitutionibus, ac præsertim  
Literis die Cœna Domini singulis annis legi, &  
promulgari consuetis contra similia perpetrantes  
infictas incurrisse declaravimus; sequenti mense  
Julio ejusdem anni, in suarum iniquitatum cumu-  
lum, impudenti non minus, quam detestabili  
anu, Præceptum quoddam, seu Mandatum edi-  
dit, illudque typis impressum, & ab eodem  
Joanne Baptista Perino similiter subscriptum Ec-  
clesiasticis tam Sæcularibus, quam Regulari-  
bus universæ Diœcesis Catanien transmisi, ac  
denunciari curavit, per quod inter cetera ipse-  
met Apostolica Literæ, aliaque Decreta, Man-  
data, Edicta, Censura, Interdicta, & Rescrip-  
ta quæcumque ab hac Romana Curiâ, hoc est,  
ab hac Sanctâ Sede provenientia, quorum execu-  
tionem Sæcularis potestas minimè permisisset, nulla,  
irrita, ac, quod horrendum est, conscientiarum  
Christifidelium tranquillitati adversantia, impie,  
& sacrilegè declarantur: gravibus constitu-  
tis

Memorat at-  
tentatum a-  
lijs commis-  
sum à Cajetano Buglio  
Delegato af-  
fer. Monar-  
chia Sicula  
indeclaratio-  
ne prætemp-  
se nullitatis  
Interdicti Ca-  
tanensis.

Refert aliud  
attentatum  
ejusdem De-  
legati Buglio  
in promulgatione  
Mandati de Larantis  
nulla est. Re-  
scripta Sedis  
Apost. ni  
præcedat  
permitti e-  
xecutionis à  
Potestate Se-  
culare.